Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



128

& introitu ad altare. Possunt & iam hoc modo mul
tum utilitate accipi. quamuis principaliter illud altare inter
na orationum spiritalium uota significet. Diligentius uero
intuendum est quod in conclusione subiungitur. Legitimum
sempiternum erit ipsi & semini eius per successores. Et si
enim labrum siue altare quod fecit moyses ablatum. si sacerdotium
quod constituit Nouo & eclae sacerdotio mutatum est. nihil
ominus sempiternum manet legitimum lauacri & in
censi spiritalis in uita fidelium. Quod per thymia
ma illius altaris aquamque illius labri typice signa
tum est. Sicut & plura alia quae lex fieri iussit. siue
per peruo agenda uel celebranda predixit. ad litteram
quidem obseruari cessarunt. Sed iuxta typicam intelle
domine ds gentiam spiritaliter obseruari a sanctis numquam cessabunt.
Testante illo qui non uenit soluere legem sed adimplere.
quia iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec
omnia fiant. Nam & nostra humilitas ad illud semen pesti
net de quo dictum est. quia legitimum sempiternum erit
ipsi & semini eius per successiones. Non quidem de aaron
stirpe nascendo sed credendo in eum in quem aaron cum
sanctis eius aeui credidit. De quo promissum est abrahae
Quia in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae. qua
rum mentionem familiarum faciens isaias ait. Omnes qui uiderint
eos cognoscent eos quia isti sunt semen cui benedixit dominus.